



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

LXXIIX. Ad Georgium Sebastianum Stibarum à Putenheim. Eq. Fr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

Mellioque placet tibi carmine compta poësis:
Et quia digna facis carmine, carmen amas.
Laudari laus pulchra, viri delectat, & ingens
Calcar habet: tua sic laus mihi calcar erit.

LXXVII.

Ad Adamnm à Kreuth

EQ. & Prouinc. Palat. Neoburg.
Commissarium.

E. Fr. Petrarchæ Italico.

Ita furor breuis est: quam ni ratione coërces,
Fit longus tandem, continuusque furor.
Si manet, ad mortem furor, aut ad dedecus omne
Sic possessorem ducit, ADAME, suum.
Vicit Alexandrum victorem fortior ira:
Quum maior foret, hac patre fit inde minor.

LXXIIX.

Ad Georgium Sebastia-
num Stibarum à Putenheim.

EQ. Fr.

Pocula Pancratius, fratresque Georgius, atque
Albertus gemini, prima dedere mihi.
Altera sed tecum Ioannes spontè Philippus
Obtulit: ò animo care SEBASTE meo.

C 2 Tertia

Tertia iam donas solus, patre nempe volente:

Ac quoties crescunt munera, crescit amor.

Iam satis ô satis est: numero Deus impari gaudeo.

Perfectus numerus dicitur esse triplex.

Quid? quod tres Charites sunt, & tres inquit.

Gratia nunc tandem me triplicata decet.

Multa tibi memor, atque tuis ego debeo malis.

Fratribus: & gratus vix satis esse queo.

Carmine, quod possum, si non mortale futurum.

Perpetuum vobis conciliabo decus.

LXXIX

In Venerem.

Cur, Ascræ senex, Venus est (dic) aurea dicitur.

An quòd iners auro conciliatur amor?

Sit virtus tua magna licet: nunc omen in auro.

Est melius. sic est aurea rota Venus.

XXC.

Achiori ab Vlm EQ. & Ma

gistro Cueriæ Badanæ.

Sæpe solent hominum sensus pervertere rectos.

Quattuor hæc: odium, munera, terror, amor.

XXCI.

Ad D. Richardum Strein

Baron em Schuarzenaium, Cæs. Confili